



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Timoris bona sunt sex.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Timoris bona sunt sex.

Primum est, quia misericordiam dei impetrat. Psal. oculi domini supertinentes eum. Idem. Quomodo miseretur pater filiorum, &c. Secundum, quia peccatum fugat. Ecclesiasticus. Timor domini expellit peccatum. Gregorius. Prava mens si non prius per timorem euertitur ab assuetis uitiis non emendatur. Tertium est, quia gratiam dei meretur, & conseruat. Unde Bernardus. In ueritate didici nil efficax esse ad gratiam promerendam, retinendam, & recuperandam, quam omni tempore inueniaris non altum sapere, sed timere. Quartum est, quia hominem ad mala presentis uitae intrepidum reddit, & fortem. Ecclesiasticus. Qui timet deum nihil trepidabit, nec penebit, quoniam dominus spes eius est. Gregorius. Anchora mentis est pondus timoris. Prou. In timore domini fiducia fortitudinis. Psal. firmiter est dominus timentibus eum, &c. Gregorius in uia domini timor operatur fortitudinem, in uia seculi debilitatem. Quintum, quia in presenti beatificat. Psal. Beatus uir qui timet

Psal 32.

Idē, 102

Eccl. 1.

Grego,

Bernar,

Eccl. 34.

Grego.

Pro. 14.

Psal. 24.

Psal. 112.

CHRISTIANA

Pro. 28. dominum &c. Prou. Beatus homo qui
 Ecc. 25. semper est pauidus. Ecclesiasticus
 Beatus cui donatum est habere timo-
 rem domini. Sextum, quia in futuro
 glorificat. Pfal. Timentes autem do-
 minus glorificat. Pfal. Dedisti here-
 ditatem timentibus nomen tuum do-
 mine &c. Iudith ultimo. Qui timent
 te domine, apud te magnifici erunt.

Timorem incutiunt sex.

Primum est consideratio culpa-
 bilitatis nostrae. Si tantum ti-
 met aliquis cum scit se reum esse
 se unius criminis in curia alicuius ter-
 reni principis, quantum timere po-
 test qui tot et tantorum criminum
 scit se reum esse apud districtum iudi-
 cem? Secundum est, si consideremus
 quod Deus semper & ubique actus
 nostros conspicit. Heb. 4. omnia nu-
 da & aperta sunt oculis eius. P. Augu-
 stinus. Qui uult deum timere, illum
 cogitet omnia uidere. Et de seipso
 etiam loquens ait. Cum illum mihi
 ubique presentem, & omnia uiden-
 tem intueor, timore pariter, & ingen-
 ti rubore confundor. Tertium est in-
 cercitudo uenire. Ecclesiasticus. Sunt
 iusti & sapientes & opera eorum in

Heb. 4.
 Auguf.

Ecc. 9.